Die XXXI Maii.

IN FESTO

S. ANGELÆ MERICIÆ

FUNDATRICIS SOCIETATIS S. URSULÆ

Missa Dilexisti *de commun. Virg. tantum.*

ORATIO

Deus, qui novum per Beatam Angelam sacrarum Virginum Collegium in Ecclesia tua florescere voluisti, da nobis ejus, intercessione, angelicis moribus vivere: ut terrenis omnibus abdicatis, gaudiis perfrui mereamur æternis. Per Dominum.

SECRETA

Hostia, Domine, quam tibi Beatæ Angelæ memoriam recolentes, offerimus, et nostræ pravitatis veniam imploret, et gra tuæ nobis dona conciliet. Per Dominum.

POSTCOMMUNIO

Cœlesti alimonia refecti, supplices te, Domine, deprecamur: ut Beatæ Angelæ precibus et exemplo, ab omni labe mundati, et corpore tibi placeamus et mente. Per Dominum.